



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Literæ Dimissoriæ à quo impetrandæ, n. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

tis, atque in Ecclesiasticis functionibus exercitatis, diligenter prius inuestiget & examinet ordinandorum *natales, fidem, aetatem, institutionem, mores, doctrinam, titulum*, cæterasque qualitates in suscipiendis ordinibus requisitas, ne si indignos sacro Ordine initiauerit, fiat particeps alienorum peccatorum, & scandala quæ consequentur, ipsi adscribantur.

a *Conc. Trid. sess. 6. de reform. c. 5. sess. 7. de reform. c. 11. sess. 14. de reform. c. 2. & 3. & sess. 23. de reform. c. 3. 8. 10. Statuta Sifridi Archiepiscopi Colon. c. 9. §. item omnes & c. pag. 44. vide Fel. rec. Urbani 8. Constit. 33. Bull. rom. 4. b. 1. Tim. 5. 22. c. nullus. c. quando dist. 24. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. 11. & 12. Conc. Provinc. Colon. sub Hermannus 5. p. 1. c. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 29. & 30. & sub Adolpho 3. tit. de altero Medio. c. deinde visum. c. quoniam vero pag. 431.*

*Litera Dimissoria à quo impetranda.*

II. Quare nemo Ciuitatis aut Archidiececis Nostræ Coloniensis vel secularis, vel Regularis ad primam consu-

am



ram, aut aliquem ordinem Ecclesiasticum coram alieno Episcopo se presentet, nisi de speciali Nostrâ, nostrive Vicarij in Pontificalibus generalis licentia in scriptis obtentâ: neque etiam qui alterius Diœcesis est, nostro in Pontificalibus Vicario presentetur absque Antistitis sui Diœcesani litteris Dimissorialibus, in quibus & ipsius vitæ ac morû probitas, doctrina, ceteræque qualitates ad Ecclesiasticos ordines suscipiendos necessariae, commendentur. Litteræ verò Dimissoriæ *b* ab alio, quàm à proprio Ordinario Diœcesano impetratæ nullius sint roboris seu momenti, nisi à Capitulo Cathedrali post annum à die vacantis Sedis Episcopalis, aut infra eum annum ubi Ecclesiastici beneficij recepti, aut recipiendi occasione ordinandus fuerit arctatus.

*ac. 1. c. cum nullus. c. nullus de temp. ord in 6.  
Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 3. 8. & 10.  
Conc. Prouinc. Colon. sub Herman. 5. p. 1.  
c. 29. & sub Adolpho 3. c. statuimus. pag. 432.  
b Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 10.*